

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Maria m
cum uariis

Surgens Maria et cetera. Non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi leta pro uoto, religiosa pro officio, festina pro gaudio in montana perrexit. Quo enim iam Deo plena nisi ad superiora cum festinatione contenderet? Nescit tarda mollimina Spiritus Sancti gracia.

Ambrosius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quasi *om.* P V¹ V² L¹ L²; pro] prae V² L¹ L²; contenderet] conscenderet P V¹ V² L¹ L²;
mollimina] uolumina B C; Ambrosius *om.* L¹ L²